

Laibacher Diözesanblatt.

Nr. 6.

1882.

Inhalt: I. Epistola Sanctissimi Patris ad Episcopos in regione sicula. — II. Decretum generale sacrae Rituum Congregationis. — III. Zur Ehefließung ungarnischer Staatsbürger. — IV. O pozakonitvi nezakonskikh otrok. — V. Historia Cathedralis Ecclesiae Labacensis auctore Joanne Gregorio Thalnitschero (continuatio). — VI. Priester-Kranken-Unterstützung-Berein. — VII. Literatur. — VIII. Firmung und canoniche Visitation. — IX. Concurs-Berlautbarung. — X. Chronik der Diözese.

I.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XIII

PISTOLA

AD ARCHIEPISCOPOS EPISCOPOS ALIOSQVE
LOCORVM ORDINARIOS IN REGIONE SICVLA

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES ET DILECTI FILII

Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Sicut multa audacter et insidiose ii suscepérunt, qui de pernicie catholici nominis iamdiu cogitant: ita nominatim videntur decrevisse, vim quamdam popularis invidiae in Pontifices maximos excitare. — Quod quidem ipsorum consilium quotidie magis illustratur et erumpit. Omnem enim occasionem vituperandorum Pontificum datam avide arripiunt, non datam studiose captant: incorrupti rerum gestarum monumentis posthabitis, factos sermones dissipant: falsa crima, tamquam venenata tela iaciunt, tanto effrenatiore ad audendum licentia, quanto est impunitas maior. In qua male dicendi consuetudine aliud quippam: videlicet huc plane spectant homines improbi, ut e persona Pontificum Romanorum ad ipsum Pontificatum divinitus institutum contumelia perveniat, adductisque in contemptiōnē summis Ecclesiae Principibus Ecclesia ipsa, si fieri possit, opinione hominum iudicioque damnetur. — Harum machinationum triste ad recordationem documentum extremo mense martio Vos, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, Panormi vidistis. Nec tacita esse potuit indignatio vestra: significationem eius luculentam et nobilem, qualem ab Episcopis expectari oportebat, ad Nos per litteras officii plenas deferendam curavistis. Profecto illae iniuriae praeter modum graves fuere, ut qui ex constituto Panormum convenerant, coniiciendis certatim probris in Pontifices Romanos visi sint convenisse. Ne ulla quidem verecundia religionis fuit, quam Siculi homines ab avis et maioribus sancte inviolateque conservant, quaeque est atrociter dictis lacessita, in quibus ipsam agrestem immanitatem nemo probus ferre aequo animo potuit.

Quantus harum rerum inustus animo Nostro sit dolor, coniecturam ex dolore vestro singuli facite. Nihil enim tam lamentabile est, quam publice licere Ecclesiae maiestatem sanctitatemque nefarie contemnere; nihil tam miserum, quam summorum Pontificum memoriam ab italis hominibus indigne violari.

Ea quae Pontifices Romani pro salute Italiae gesserunt, orbis terrae testimonio iudicioque comprobantur, ita ut nihil sit, quod nomini Decessorum Nostrorum metuamus ab aequis et prudentibus viris. Verumtamen Nos in criminationibus, de quibus loquimur, valde commovit primum rei indignitas per se: deinde multitudinis minus eruditae periculum, quae facilius decipi et in errorem impelli potest.

Et sane magnus futurus est error, si in re iudicanda sex ante saeculis gesta non ab his temporibus moribusque nostris cogitatio avocetur. Respicere quippe opus est ad instituta et leges eius temporis, maxime vero ius gentium, quo tunc viveretur, repeteret. Exploratum est, quaecumque demum illius juris origo et indeoles extiterit, temporibus illis plurimum in rebus etiam civilibus auctoritatem Romanorum Pontificum valuisse, idque non modo non repugnantibus, sed consentientibus libentibusque principibus et populis. Cumque optabile videretur Vicarii Iesu Christi patrocinium, non raro usu veniebat praesertim in Italia, ut ad eum velut ad parentem publicum confugerent civitates, eidemque sese in fidem sponte sua traderent et commendarent. Domina animorum religione, Apostolica Sedes perinde habebatur ac propugnaculum iustitiae, et infirmiorum tutela adversus injurias potentiorum. Et hoc quidem cum magna utilitate communi: hac enim ratione factum est, ut Pontificibus auctoribus dirempiae saepe sint controversiae, sedati tumultus, sublatae discordiae, bella composita. — In hoc tamen magisterio populorum ac pene dictatura, nemo Romanos Pontifices iure coarguet imperii sui vel opes augere, vel fines proferre voluisse. Omnem potestatem suam illuc semper converterunt, ut civitatibus prodessent: nec semel ipsorum opera et auspiciis Italia impetravit, ut vel exterorum hostium propulsarentur incursiones, vel domesticorum adversariorum turbulenta ambitio frangeretur. Quam ad rem sapienter et opportune, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, commemorati a Vobis sunt Gregorius VII, Alexander III, Innocentius III, Gregorius IX, Innocentius IV. Decessores Nostri, qui exterarum gentium dominationem rebus italicis saepius imminentem prudentia et fortitudine summo prohibuerunt.

Quod ad Siciliam vestram pertinet, fidei et pietati eius in hanc Apostolicam Sedem paterna benevolentia Pontificum mutue cumulateque respondit. Revera ipsorum consiliis vigilantiaeque, non mediocri ex parte Siculi debent quod potuerint Saracenam servitutem effugere. Gratamque etiam et aequam libertatem ab Innocentio IV. et Alexandro IV. gens Sicula tunc impetravit, cum, post Conradi Imperatoris obitum, summam imperii penes municipium esse placuit. Post autem si Clemens IV. Carolum Andegavensem solemni ritu Siciliae regem appellavit, cur Pontifex reprehendatur nihil est. Fecit ille iure suo, fecit quod e republica Siculorum magis esse iudicavit, delatis imperii insignibus viro nobili et potenti, qui civicas res ordinare et exterorum ambitioni resistere posse videbatur: de quo viro vel ipsa maximarum virtutum domestica exempla sperare iubebant, fore ut iuste et sapienter imperaret. Nec causa est, quamobrem vel Urbano IV. vel Clementi IV. vitio detur, quod homo natione exterus regnum Siculorum capessivit. Etenim praeterquam quod exemplis huius generis nec antea carebat nec postea caruit historia, Siculi ipsi in potestatem externi principis illo eodem anno volentes concesserunt. Simul ac vero se Carolus inflexit in dominatum iniustiorem, maxime ministrorum vitio praecipitata in perniciosa partem republica, desiderata certe non est Romanorum Pontificum in admonendo caritas, in corripiendo severitas. Constat inter omnes, quot quantasque curas Clemens IV. et Nicolaus III. adhibuerint, ut hominem ad aequitatem iustitiamque revocarent. Quorum providentia pervicisset fortasse obstinationem

viri principis, nisi viam rebus novis cruenta multitudinis ira subito patefecisset. Post inhumanam illam caudem, cuius, ubi furor constitisset, ipsos puduit auctores, conscientia officii impulit Martinum IV., ut Siculos itemque Petrum Aragonum aliquanto severius pro merito ipsorum adhiberet. Nihilominus tamen eam severitatem et ipse Martinus et Honorius IV., Nicolaus IV., Bonifacius VIII. lenitate et misericordia mitigarunt; iidemque non antea quiescere visi sunt, quam, omnibus iis controversiis per litteras legationesque compositis, Siculorum saluti et legitimae libertati, quantum fieri poterat, consuluerant. Quibus ex rebus manifestum est, quod Vos, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, verissime dixistis, fautores iniusti dominatus vel popularis invidiae concitatores appellari Romanos Pontifices nisi per summam injuriam non potuisse. In quo quidem Decessores Nostri iustioribus iudicibus usi sunt iis ipsis hominibus Siculis, qui, recenti adhuc caede, Sedem Apostolicam fidentibus animis implorandam censuerunt.

Haec commemorare voluimus, ut de tot tantisque iniuriis Ecclesiae et Pontificatui Romano impositis querelas Nostras publice testaremur: eodemque tempore ut vos intelligeretis, gratas admodum accidisse Nobis communes litteras vestras, quibus easdem iniurias summa voluntatum concordia Nobiscum pariter deploratis. Apparent in iis litteris episcopalibus vestigia virtutis, cuius gratia forsan ignoscentior posteritas erit eorum temeritati, qui nihil dubitarunt Romanum Pontificatum, hoc est nobilissimum et maximum Italiae decus, incesto ore lacerare.

Ceterum ex hoc ipso magis ac magis perspicitis, quod superiore mense Februario monuimus, quanta vigilancia providere oporteat, ut fides catholica in tanta iniquitate temporum apud Italos conservetur. Pergite itaque, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, fortiter pro iuribus Ecclesiae propugnare, mendacia improborum convincere, fraudes detegere, Siculosque universos in fide et amore retinere huius Apostolicae Sedis, unde iis, beneficio Apostolorum, christiana sapientiae lumen affulsa.

Divinorum munera auspiciem et praecipuae benevolentiae Nostrae testem Vobis, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, et populis curae fideique vestrae concreditis Apostolicam Benedictionem permanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 22. Aprilis Anno 1882, Pontificatus Nostri Anno Quinto.
LEO PP. XIII.

II.

DECRETUM GENERALE

Sacrae Rituum Congregationis.

Ex minus recta interpretatione Decreti sacrorum Rituum Congregationis, sub die 8. Aprilis 1808 lati in una *Compostellana*, quo declaratum fuerat dici posse Missam de Requie, praesente cadavere, diebus primae classis, licet non festivis de pracepto, excepto Festo Titularis, factum est ut in nonnullis Ecclesiis usus invaluerit eiusmodi missas canendi in solemnitate anniversarii propriae dedicationis, quod utpote Festum Domini ac prae Titulari maioris dignitatis honore pollens, vi decretorum nunquam ipsi postponendum est. Quocirca eadem sacra Rituum Congregatio ad omnem ambiguitatem tollendam opportunum e re esse duxit declarare, quemadmodum per praesens decretum declarat atque praescribit, nullibi licere in anniversario dedicationis propriae Ecclesiae, Missam de Requie, ne praesente quidem cadavere, decantare, quemadmodum in Patriarchali Basilica Lateranensi aliisque praestantioribus Urbis Ecclesiis semper cautum fuit. Non obstante decreto diei 16. Aprilis 1853, in una *Or-*

dinis Minorum S. Francisci de Observantia ad Dubium XX, quo Missa huiusmodi permissa fuerat.
Atque ita declaravit ac servari mandavit die 27. Februarii 1882.

Facta autem per infrascriptum Secretarium SSMo. Dno. Nostro Leoni Papae XIII. relatione Sanctitas Sua Decretum sacrae Congregationis approbavit et confirmavit.

Die 16. Martii 1882.

D. CARD. BARTOLINIUS *S. R. C. Praef.*
 PLACIDUS RALLI *S. R. C. Secretarius.*

III.

Beugnis der persönlichen Fähigkeit bei Eheschließung von ungarischen Staatsangehörigen.

Die k. k. Landesregierung für Krain hat mit Zuschrift vom 24. April 1882, B. 3543, Folgendes anher mitgetheilt:

„Das königlich ungarische Ministerium für Cultus und öffentlichen Unterricht hat an das k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht unter dem 13. Jänner 1882, B. 25, nachstehende Mittheilung gelangen lassen: Da die vom königlich ungarischen Ministerium für Cultus und öffentlichen Unterricht ausgestellten, einzig rechtsgültigen Zeugnisse über die Zulässigkeit der durch ungarische Staatsangehörige in den im Reichsrath vertratenen Ländern oder im Auslande abzuschließenden Ehen laut königlich ungarischer Gebührenbemessung, Tarifpost 21 lit. a) und aa) mit einer Stempelmarke von Einem Gulden österr. W. zu versehen sind, ist fortan sämtlichen Gesuchen, mittelst welchen ein solches Zeugnis erbeten wird, eine ungarische Stempelmarke zu Einem Gulden oder dessen Äquivalent in Baarem von den Bittstellern beizufügen, widerfalls die betreffenden Gesuche behufs Ergänzung zurückgesendet werden.“

Hievon werden die Herren Seelsorger, welche in die Lage kommen, ungarische Rupturienten zu berathen, mit Hinweisung auf die Vorchriften, welche im Diözesanblatte vom Jahre 1879, Seite 46 und vom Jahre 1881, Seite 45 veröffentlicht wurden, in Kenntniß gesetzt.

IV.

O pozakonitvi nezakonskih otrok.

Vdova M. K. pride k župniku ter pripoveduje: „Moj starejši sin hodi v šolo. Te dni je učencem g. učitelj prebral več razpisanih ustanov, vmes tudi eno, ki je v prvej vrsti namenjena ustanovnikovim sorodnikom. Vem da je moj ranjci mož bil iz sorodovine ustanovnikove; prosim tedaj, da bi mojemu sinu pripomogli k razpisanej ustanovi.“ — „Najprej bo treba dokazati sorodstvo“, odgovori duhovni pastir, ter gre po krstno knjigo, da v njej poišče imenovanega učence. Najde ga brž, ali vpisan je za nezakonskega; predalček za očeta je prazen; ko mati je vpisana „M. B. samska hči gostačeva.“

„Mati, bo težko kaj“, odgovori župnik. „Vaš sin je vpisan kot nezakonsko dete, očeta ni v rojstnem zapisniku, tedaj se še celo ne ve, je li naš šolar sin ranjcega vašega moža, ali ni.“ — „Kaj pa da je, to vedo vsi moji sorodovinci“, odgovarja vdova.

„Zakaj ga pa niste dali ob poroki prepisati na možovo ime, ali pozakoniti, kakor pravimo?“ — „Nisem vedela, da se dá to storiti, povedal mi pa tudi nihče ni.“

Kaj je tu storiti župniku? Kako naj se v dosegu ustanove dokaže sorodstvo?

Najprej je treba sina pozakoniti, legitimovati. Da bi se bil ranjci mož ob rojstvu svojega nezakonskega otroka, ali pozneje dal vpisati v krstno knjigo kot očeta, bila bi pozakonitev lahka; a sedaj po njegovej smrti in brez njegovega vpisa v rojstnej knjigi, je stvar težavnija; izpeljati se pa vender le dá. Kako?

Za odgovor spregovorimo najprej nekoliko o pozakonitvi v obče, in potem, kako je župniku ravnati v našem primerljeji.

Kako zamore nezakonsko dete zadobiti pravice zakonskih otrok, to je, kako zamore pozakonjeno biti? Na trojni način:

a) Otroci iz neveljavnega zakona se pozakonijo s tem, da veljavnosti zakona nasprotujejoči zadržek ali sam ob sebi jenja, ali pa po zadobitvi dispenze, tako da se potem prej neveljavna zveza poveljavi, konvalidira (glej Instr. §. 94 in drž. zak. §. 160).

b) Ako oče in mati nezakonskega otroka pozneje skleneta veljaven zakon, to je: „per subsequens matrimonium.“ Tako po cerkvenem pravu in po avstrijskej postavi (drž. zak. §. 162).

c) Po milosti vladarjevej — „per Principis rescriptum“ — na podlagi §. 162 avst. drž. zak., ki se glasi: „Die uneheliche Geburt kann einem Kinde an seiner bürgerlichen Achtung und an seinem Fortkommen keinen Abbruch thun. Zu diesem Ende bedarf es keiner besonderen Begünstigung des Landesfürsten, wodurch das Kind als ein eheliches erklärt wird. Nur die Eltern können um solche ansuchen, wenn sie das Kind gleich einem ehemaligen der Standesvorzüge oder des Rechtes an dem frei vererblichen Vermögen theilhaft machen wollen. In Rücksicht auf die übrigen Familienmitglieder hat diese Begünstigung keine Wirkung.“

Narnavadniša je pozakonitev nezakonskega otroka „per subsequens matrimonium.“ Po dobroti legitimacije hoče cerkev pospeševati sklenitev zakonske zvezne onih, katerim so bili rojeni nezakonski otroci. Z naslednjim zakonom namreč nekako popravijo prejšnjo krivico, izbrišejo madež in otroku preskrbe boljšo in skrbnejšo vzgojo. Da se otrok pozakoni po tem potu, ni po cerkvenem in avstrijskem pravu ničesar drugačega treba, kakor da oče in mati nezakonskega otroka skleneta veljaven zakon. S tistim trenutkom, ko je med njima sklenjen veljaven zakon, je uže tudi nezakonski otrok pozakonjen, zadobi vse pravice in prednosti zakonskih otrok. Ni pa treba, da bi zakon bil tudi „matrimonium consummatum“, kajti tudi po zakonskej zvezi, sklenjenej v visokej starosti ali na smrtnej postelji, se pozakoni nezakonsko dete. Tudi ni na tem, kdaj da se sklene zakon — ali kmalo po rojstvu otrokovem, ali čez več let, ali pa tudi še-le tedaj, ko je vmes oče ali mati nezakonskega otroka vže s kom drugim v veljavnem zakonu živel in pozneje še le kot vdovec ali vdova z onim sklene zakon, s komur je pred prvim zakonom imel nezakonskega otroka.

Da se pa pozakonitev po postavi zamore izvršiti, je neobhodno potrebno dokaza, da je dotčno dete zares sin, hči, onih dveh, ki sta sklenila zakonsko zavezo. Ta dokaz pa duhovnemu pastirju poda ali uže krstna knjiga sama, ali pa je treba še od štarišev otrokovih tirjati dokaza.

1. Kedar je župniku uže krstna knjiga zadosten dokaz, tedaj on sam, brez vsacega višega dovoljenja sme, oziroma mora, izvršiti pozakonitev, ali prav za prav le vpisati jo. Ako namreč duh. pastir o tem nikakor ne more več dvomiti, da bi poročena res oče in mati omenjenemu nezakonskemu otroku ne bila, takrat sme on vsled ministerskega ukaza od dne 12. septembra 1868. št. 3649, potreben popravek kar sam vpisati v krstno knjigo. Potreben dokaz pa mu podaja rojstna knjiga:

a) ako je v njej vpisana mati dotičnega nezakonskega otroka z svojim pravim imenom. Duhovni pastir navadno pozna nezakonsko mater, ter jo v krstno knjigo vpiše z njenim pravim imenom, a ko bi ptuja, neznana ženska nezakonsko porodila v fari in bi ne hotela povedati pravega svojega imena, bi jo po avstrijskej postavi župnik ne smel siliti, da pove pravo ime, ampak vpisati mora ime, kakoršno mu pové, pa s pristavkom: „po napovedi“ — „angeblich“. Ko bi se tedaj pokazalo, da je vpisano kako izmišljeno ime, morallo bi se pred pozakonitvijo vpisati materno pravo ime.

b) ako je pravilno vpisan tudi oče otrokov, bodisi, da se je brž ob krstu otrokovem zglasil in prosil, da želi kot oče vpisan biti, bodi si, da je to storil pozneje. Po postavi duhovni pastir ne sme vpisati v krstno knjigo imena očeta nezakonskemu otroku, ako oče sam ne zahteva tega, ali vsaj ne dovoli v to (derž. zak. §. 164). Kedar pa dovoli ali prosi, da se vpiše, zgoditi se mora to v postavnej obliki. Dve priči namreč morati potrditi, da jima je znan vpisani oče, in da je vpisano ime res njegovo pravo ime. Če je oče duh. pastirju znan, sme duhovnik sam biti za eno pričo. Očeta vpis se tedaj pravilno zgodi tako-le: V praznem predalček naj oče sam vpiše svoje krstno in rodbinsko ime pa stan, ali naj ga pa vpiše duhovnik. Potlej naj se (narbolje pod ime otrokovo) zapiše tako-le:

Da je I. I. (stan) podpisanim dobro znan, da je tukaj zapisano ime res njegovo pravo ime, in da se je vpričo naju očeta spoznal tu vpisanemu otroku I., pa želel, kot oče v krstno knjigo vpisan biti, potrjujeva.

V dne . . leta . . .

I. I. stan,

I. I. župnik,

priča.

priča.

c) Ko sta oče in mati nezakonskega otroka s pravima imenoma v krstnej knjigi zapisana, je le še treba, da se ali iz domače poročne knjige razvidi, ali pa po donesenem poročnem listu dokaže, da ste bili v rojstnej knjigi zapisani osebi (oče in mati) res cerkveno poročeni. Če tudi o tem ni več dvombe, vpiše se (narbolje pod ime očetovo in materno) tako-le:

Vsled poročne knjige domače fare, stran . . (vsled donesenega poročnega lista fare . . . dne . . .) sta I. I. in I. I. bila cerkveno poročena.

V . . dne . . leta . . .

I. I. župnik.

Po nekej izjavi ministerstva za notranje posle dne 20. februarija 1871, št. 289. pozakonitev veljavna postane z dnevom, ko sta se poročila oče in mati, a ne še-le z dnevom, ko se je to vpisalo v rojstno knjigo.

Ni treba zapisavati besedij: „per subsequens matrimonium legitimatus“ ali kaj enacega, ker je to uže samo ob sebi umljivo vsled zaznamovane poroke.

2. V našem primerljeji pa krstna knjiga duhovnemu pastirju ne podaja posebnih dokazov. Mater najde sicer vpisano s pravim imenom, tudi ve, da je bila poročena z otrokovim očetom; ali oče ni vpisan in se tudi ne more dati vpisati, kajti umrl je uže pred leti. Župnik sam tu ne more izvršiti legitimacije, a materi zamore pomagati, da doseže namen.

Ker rojstna knjiga ne spričuje, da bi bil vpisani deček res sin ranjega K., mora mu vdova M. K. to dokazati. Naroči naj jej duhovni pastir, da mu pripelje dve zanesljivi in znani priči, kateri ste dobro poznali ranjega K. in poznate tudi vdovo, ter jima je znano, da je zamrli mož omenjenega sina imel vedno za svojega otroka, in da se je kot oče vedno obnašal do njega. Ko vdova privede taki priči, naj jima duhovnik stavi potrebna vprašanja, napravi naj potem zapisnik, v katerem popiše vso obravnavo in katerega vsi podpišejo. Priloži naj zapisniku rojstni list dečkov, in pa poročni list, iz katerega je razvidno, da sta ranjci oče otrokov pa mati res v zakon stopila. Vse te spise naj župnik pošlje knezoškofjskemu ordinarijatu, ki se v tej zadevi obrne do deželne vlade.

Ako se dobi z višega mesta dovoljenje, da se sme izvršiti pozakonitev, uaj župnik zapiše v krstno knjigo k omenjenemu otroku: „Vsled pisanja preč. knezoškof. ordinarijata od dne . . . je slavna c. kr. dež. vlada v Ljubljani dovolila dne . . . št. . . , da se I. I. vpiše kot oče otroka I., in da se v dosegu legitimacije pristavi, da sta se I. in I. res poročila, kakor je razvidno iz poročnega lista fare . . . dne . . .“

Tako je sedaj učenec pozakonjen, gre mu očetovo rodbinsko ime, in sedaj bo moč dokazati sorodnost z ustanovnikom razpisane stipendije.

A. Z.

V.

Historia Cathedralis Ecclesiae Labacensis.

Auctore Ioanne Gregorio Thalnitschero I. U. D.

(Continuatio.)

CAPUT XI.

De planta novae Basilicae sub Sigismundo Christophoro inchoatae.

His breviter indicatis ad novum opus accedamus, quod, ut initio operis insinuavimus, Decanus Labacensis et in spiritualibus per universam Dioecesim Vicarius Generalis ^{anditus} reaeditandi animo sibi proposuerat, neque a proposito tam pio, Deo duce, ungue recessit, donec superatis tot difficultatibus

opus incaeptum ad optatum finem dederet. Postquam enim patentes subsidii charitativi jussu celsissimi Principis-Episcopi Labacen., sub dato . . quibus omnibus parochis per universam dioecesim injungabatur ad hoc novum opus contribuendi, emanarunt, et ex hac ac aliis collectis aerarium sufficiens pro initio operis dando constitutum fuerat, cum architectis singulis rite perpensis omnia stabilita, nec non anno priori saeculari 1700. nonnulla provisio materialium, lapidis, calcinae et lignorum facta erat, vastam hanc ac magnificam Basilicae molem ad Andreae de Puteis e S. I. exemplar aedificare agressus est idem Decanus Thalnitscherus initio mensis Aprilis anno 1701., anno utpote ter fausto, quo Jubilaeum saeculare ex indultu Pontificis concursu maximo ex tota dioecesi Labaci celebrabatur. Libet ad majorem claritatem narrationem temporibus distingui, ut perpetua oratione et brevi compendio currat historia. Die proinde 3. dicti mensis Aprilis, utpote die Dominica, R. P. Mathias Paradischiz e S. J., vir rarae facundiae et zelo pietatis insignis, Concionator ordinarius loci, ultimam in veteri templo ad populum dixit concionem, ea efficacia, ut lapides ipsos commovere videretur, laudando piam intentionem eorum, qui templum, quod rimis vetustate contractis ruinam minitatur, in ampliorem et magnificentiorem formam redigere meditantur, adhortando pariter omnes incolas urbis, ut cum haec sancta Ecclesia, matrix omnium ecclesiarum totius dioceseos Labacensis per universam Carnioliam, partem Styriae et Carinthiae sit, in qua omnia Sacraenta piis fidelibus administrantur, pro possibili consilio et opere cooperari studeant, ut ad optatum finem dederent, et in fine admonuit, ut magna copia ad comitandum sanctiss. Sacramentum, quod sequenti die Martis ad contiguum Oratorium Corporis Christi, ubi durante aedificio omnes functiones ecclesiae peragendae erant, processionaliter transferretur.

Die itaque 5. Aprilis, hora septima matutina, absente Episcopo Labacensi Sigismundo Christophoro, qui 2da huius ad castrum Görtschach, quod Labaco duobus milliaribus distat, quo annuatim Majali tempore ad captandam recentem auram se conferre solebat, discessit, a memorato Decano Labacensi Joanne Antonio Thalnitscher de Thalberg benedictum fuit Oratorium Corporis Christi ritu solemni, hora nona vero ab eodem ss. Sacramentum ex propria capella veteris cathedralis Ecclesiae elevatum et processionaliter translatum ad dictum Oratorium, ubi ab eodem Decano missa solemnis profelici successu fabricae habita. Huic processioni non solum omnes civium ordines mechanici adfuerunt et praecesserunt, sed et summa Nobilitas, inter quam Principes ab Auersberg et Eggenberg, post clerum cum magna multitudine populi comittabatur.

Sexta Aprilis suppellectilis sacra e sacrariis in alium commodum locum fuit translata, altaria spoliata et suis pariter locis servata, pavimentum marmoreum erutum, monumenta conspicua illustrissimarum familiarum alio reposita, ne pessum darentur, quorum inter illustrissimae familiae Lambergiae quinque numerabantur, quae eminentissimus Cardinalis Joannes Philippus Comes a Lamberg, Episcopus Passaviensis, Roma redux Labacum transiens, 7. elapsi mensis Februarii cathedralem Basilicam invisens, magna cum voluptate lustrabat, ac a Praeposito Labacensi eidem inservienti horum copiam sibi transmittendi expetiit. Fuit hic Cardinalis tribus diebus, a Comite Joanne Weichardo a Gallenberg, utpote suo affine, in cuius aula divertit, quam lautissime tractatus.

Octava Aprilis fabri lignarii, circa parvam turrim companariam detectionis, et sequenti die murarii ex parte sacrarii demolitionis initium dedere Templi, quod suo loco delineatum videre licet. Secundum id numero fuit ab incolis urbis anno 1356. reaedificatum. Primum enim nautae octavo saeculo, Caroli Magni tempore, in honorem tutelaris sui s. Nicolai eo loco excitarunt, cuius forma in pariete sub scalis, quae ad chorum musices aditum dabant, expressa omnium oculis patuit. In quo opere depositionis tecti octiduum fabri lignarii et demolitionis Templi quinque septimanas murarii consumps-

runt: illi 16. Aprilis, hi 14. Maji finierunt, pridie 15. Aprilis festorum Pentecostes. Quibus finitis in effosione fundamentorum juxta dispositionem Francisci Ferrata, Mediolanensis, provinciae Carnioliae architecti, usque ad 6. Junii consumptum.

Cum haec agerentur, supra memoratus Princeps-Episcopus Labacensis, postquam 11. Maji consensum resignationis Episcopatus sui a Summo Pontifice Clemente XI. Roma obtinuisse, ad iter se accinxit, Perusium (urbs est celebris Italiae in Tuscia sita, quae biduo Roma distat) petiturus, in cuius urbis Oratorio s. Philippi Neri, altioris Spiritus instinctu, reliquum vitae cursum consumere sibi firmiter proposuit. Antequam autem id aggredetur, cum suo Vicario Generali, moderno Decano, de tota sua substantia disposuit, eidemque, quem summe dilexit, absque ulla dandâ ratione in fideles manus totam dictam substantiam concredidit et administrationi commisit. Bibliothecam publicam pariter vi instrumenti publici ante eius discessum una cum D. Praeposito Labacensi Joanne Bapt. Preschern et saepe memorato Decano erexit et fundavit.

Dispositis proinde omnibus prima die mensis Junii, hora secunda pomeridiana, pilento seu lectica portatus, una cum suis itineris sociis: P. Andrea Schweiger e S. J., suo confessario, D. Joanne Jacobo Schilling, Parocho Crainburgensi ac duobus inservientibus . . . Freii, camerario et Joanne, famulo, iter sereno tempore aggreditur, sumpto itinere Carinthiam versus, ut ibidem in Pontafel cum sua sorore, illustriss. Comitissa Kuenhillerin, nata ab Herberstain, quo pariter, uti literis conventum, statuto tempore advenerat, supremum vale summeret. Comitium ei dederunt sequentes, tribus curribus vecti usque ad S. Vitum, pagum uno milliari Labaco dissitum: D. Praepositus Labac., D. Canonicus a Pillichgraz L. B., D. Joannes Rudolphus L. B. Coraduzi, D. J. Bertholdus ab Höffer, D. Adamus ab Erberg et una mecum D. germanus meus, Decanus, cum D. Maximil. Leopoldo Rasp, Parocho Lythopolitano, Crainburgum usque. Famuli inferiores in Siscia cum lacrimis dimissi, officiales vero equites ad s. Vitum ultimam benedictionem acceperunt.

Sede vacante Capitulum Labacense, ut moris est, in suum Vicarium Capitularem saepedictum Decanum, qui pariter bona ac dominia Episcopatus administrabat, constituit, qui licet variis occupacionibus pene obruebatur, omnium tamen maxime sibi neofabricam cordi sumpsit, ita, ut eundem nihil ab assumpto proposito abstrahere posset. Hinc, ut opus cum majori decore assumeretur, cum Ferdinand ex Comitibus de Kuenburg, Canonico et Scolastico Salzburgensi, Romae ob negotia publica, Capitulum Sayzburgense concernentia, existenti, quem Sigismundi Christophori successorem futurum compertum habuit, correspondit, ac eo dispositus, ut ibidem ichnographicam delineationem, a famosissimo architecto Andrea de Puteis e S. J., cathedralis Templi formari curaret, quod lubens suis sumptibus effecit ac eidem Decano transmisit.

Sexta Junii, die s. Norberto Episcopo sacra, initium fabricae juxta exemplum Roma transmissum datum. Lapis autem primus ea de causa absque solemnitate positus, ut successor a nobis abeuntis Episcopi primarium lapidem, de quo sequenti capite, majori cum solemnitate ponere campum habeat. Cumque operis ingenti fervore aggressi paries sensim ab humo extare cooperat, solemnes Jubilaei saecularis expiationes, 24. Julii die Dominica, copiosissimae christifidelium omnis status processiones initium sumunt, de quo, cum locus non vacet, minimum quid referremus.

Vidisses ea tempestate in una urbe Labacensi Romam redivivam et triumphantem utpote, ad quam quotidie spatio duorum mensium processionaliter non solum ex universa Carniola, sed et Styria et Carinthia populus maximo numero confluxit. Quatuor expiantibus fidelibus praefinita fuere templum visitanda. 1. Cathedralis Basilica s. Nicolai, seu loco eius Oratorium ss. Corporis Christi, 2. Parochialae

templum s. Petri, principis Apostolorum extra urbem, 3. s. Jacobi Apost. P. P. S. J. de urbe et 4. Annuntiatae extra Portam hospitalensem. Incolae proinde urbis 15 vicibus dictas 4 ecclesias visitare tenebantur; qui vero trinis a Cathedrali institutis processionibus intererant, tantumdem effecerant, ac si separatim soli 15 vicibus visitassent. Exteri autem et e longinquis venientes solum ad binas processiones comitandas obligabantur.

Redeamus modo, unde recessimus, ad fabricam. Haec cum vix sese ab humo, ut diximus, extollerat cooperat, ingens inter architectos Franciscum Ferrata, Mediolanensem, et Michaelem Samerlium Labacen. orta aemulatio et dissidium, ita ut idem Ferrata ab opere incoepo resilierit 27. Julii, ob has praecipue rationes, cum ferre non posset, ut Michael plures operarios, quam idem haberet; hinc omnem lapidem movit, ut praefatus Michael amoveretur et totum opus solus regeret. Cum vero Decanus, supremus utpote Director, in Samerlio singularem industriam et indefessam solicitudinem perspicceret, illum potius, quam hunc dimisit, et quidem ex hac potiori causa, quod idem Ferrata genio supremi Directoris, qui magni quid, ut decebat, moliebatur, minime correspondere noverit.

CAPUT XII.

Acta sub Ferdinando I. Episcopo Labacensi.

Initio itaque vix operi dato, ut mox dictum, Neo-Pontificem Labacenses salutarunt Ferdinandum, ex illustrissima familia Comitum a Kuenburg, Canonicum et Scolasticum Salzburgensem, Maximiliani Gandolphi de Kuenburg Comitum, quondam Archiepiscopi Salzburgensis cognatum, ac primario Aulae Caesareae ministro Ferdinando Bonaventura, Comiti ab Harrach, supremo Aulae Praefecto, proxima affinitate junctum. Appulit is . . Augusti anno 1701. inter festivas saecularis Jubilaei solemnitates felici omni, ut Neo-Pastor mundatas a contractibus maculis seu expiatas sibi concreditas oves cum novo saeculo pascere aggrediatur. Obviam eidem celsissimo Principi Neo-Episcopo Labacensi nomine Capituli eundem salutatum fuere missi Hyper Labacum Decanus Labacensis una cum seniore Capituli Canonico D. Joanne Pichi, qui eum venusta navi, vulgo dicta „Storia“, exceptum, huc Labacum commitati sunt.

Hic Princeps, cumprimum appulit, praevie abunde literis de neofabrica informatus, praefato Decano Labacensi liberam, quam antecessor suus una cum reverendissimo Capitulo Labacensi eidem ob singularem, quam erga dictam Basilicam gerebat devotionem et zelum, tribuit facultatem, ratihabuit et confirmavit, videlicet pro libitu omnia disponendi, omnes operarios, ministros et praefectos ac alias personas pro dicta fabrica cum salariis et emolumentis debetis et consuetis eligendi et deputandi, illosque et alios ad sui beneplacitum cassandi et amovendi et de omnibus necessariis, prout illi melius videretur, providendi. Quos autem architectos, operarios et praefectos constituerit, et qualiter de necessariis providerit, suo quaeque loco dedimus, quo lectorem benevolum remittimus. Modo autem cum superius de felici adventu nostri Neo-Episcopi motum fecimus, non ingratum lectori fore arbitramur, si saepe memorati Episcopi installationis actum fusius communicaverimus, in spiritualibus videlicet. In temporalibus etenim primo 18. sequentis mensis Decembris a celsissimo Principe Joanne Antonio Josepho ab Eggenberg, Capitaneo Carnioliae, et Comite Francisco de Lanthieri, Vicedom. Carnioliae, qua ab Aula caesarea deputatis commissariis, fuit installatus.

Postquam in sacro DD. Canonicorum senatu decretum fuerat, Neo-Sponsum sanctae Labacensis Ecclesiae, Ferdinandum, in sua desponsatione, seu possesione capienda, cum omni solemnitate excipere:

tres arcus triumphales eiusdem honori errigi curare statuerunt. Commissum negotium subtili ingenio viri exactae sapientiae ac doctrinae, Joannis Bapt. Preschern, Praepositi Labacensis. Hic cum primum varia emblemata ad stemma seu insigne nobilissimae gentis Kuenburgicae alludentia composuit, ac convocatis variis opificibus, fabrilignariis, arculariis et artis pictoriae peritis, exposuit mentem suam: illis, quo loco arcus ponendi, ac quali altitudine juxta cuiusque loci capacitatem exstruendi; his penicillo conceptus pro viribus secundum normam illis datam exprimendi. In primo itaque arcu juxta veterem portam atrii, quae paulo post delecta fuit, in summitate eiusdem cernebatur insigne gentis illustriss. Künburgicae cum sequenti inscriptione:

**CAESARE FAVENTE
FERDINANDO EX ANTIQVA
GENTE KYNBVRGICA
PRINCIPE AC XIII EPISCOPO
LABACENSIS
CATHEDRAM CAPIENTE.**

Secundus arcus triumphalis erat in portico, seu vestibulo Oratorii sanctissimi Corporis Christi, utpote loco ad hunc actum celebrandum destinato. In apice eiusdem arcus stetit Fortunae simulacrum, globo gentilitio volubili innixum, quod, ut perpetuo staret, a duobus aligeris id sustentantibus humo affigitur cum sequenti inscriptione:

MOBILE FIT FIXVM.

Tertium in summitate scalarum, in ingressu ad atrium Oratorii ostendisses. Duae hic pyramides repraesentabantur, utraque circa medium rimas agens et vectibus Künburgicis compaginata cum inscriptione:

DOMVS SVPERNAE	VTRVMQVE IVNXIT
ET INFIMAE	ANGVLVM.

Pyramidibus superne eminebat ex nubibus „Providentia divina“, utraque manu pyramidibus imponens globos Künburgicos cum inscriptione:

HIC FACTVS EST IN CAPVT ANGVLI. Marc. 12.

Supra portam interiorem Oratorii omnium maxima conspiciebatur imago, repraesentans S. Nicolaum, Archiepiscopum Myrensem, qua tutelarem sanctae Basilicae Labacensis Patronum, pontificali amictu stantem, qui sponsam Ecclesiam Labacensem cum Neosponso Ferdinando, Episcopo Labacen., conjungit; tribuens manu dextrâ Sponsae pomum aureum, genethliaco globi Künburgici colore obductum, sinistra vero porrigena aureum Sponso pomum; stolae extrema ornabantur genethliaco pariter colore cum inscriptione:

POMA NOVA ET VETERA SERVAVI TIBI. Cantic. 7

Subtus vero sequens legebatur stichon:

CONNVBIO IVNGAM STABILI, PROPRIAMQVE DICABO. Virg, 1. Aenead.

Stabilito proinde die 22. Septembris hora 10. matutina e Palatio episcopali sub baldachino, a quatuor Interioris consilii civibus portato, processit celsissimus Princeps-Episcopus, comitante eundem universo clero, sub pulsu omnium campanarum cathedralis Basilicae, ad Oratorium, quo tota confluxit urbs: optimates, populus, summi infimique, adventum Neo-Pontificis sui gratulantes. Hic cumprimum Oratorium ingressus, praevia solita oratione, cathedram, ab antecessoribus suis in functionibus publicis usurpari solitam, rite ornatam concendit; quo facto Bulla Pontifica ad Capitulum, Clerum universum Dioeceseos et incolas urbis directa perlegitur, tum a Praeposito Labacensi, pontificali habitu induito, brevi, ast eleganti sermone, salutatur. Pone omnes, quorum interest, ad obedientiae osculum juxta dignitatis gradum admissi; qua prima veneratione finitam, idem Praepositus mutato habitu ad altare majus inter amoenos symphoniacos et vocales concentus privatam dixit missam. Tum Neo-Pontifex „Te Deum laudamus“ inter tubicum et tympanarum clangores intonuit, quo durante omnes campanae totius urbis in signum laetitiae personabant. Pro coronide demum Capitulares et Optimates lautissimam, ut par est, condecoravit mensa. Et haec obiter insinuata sufficient. Ad fabricam redeamus.

Jactis itaque, ut supra dictum, feliciter fundamentis, indies moles surgebat, cuius parietes extrinsecus, cumprimum ex humo se tollerent, quadrato ac sextili lapide terno qua meridiem, et quinqueno quam septentrionem respicit ordine contra quascunque injurias temporis muniebantur; quorum cum magna copia requireretur, omnibus, ne opus incoeptum sisteretur, latomis Labaci existentibus dictos lapides conficiendi commissum fuit. Posita prima solea Templi cum eiusdem cooperculo, bases lapideae, ex qua surgunt stylobatae majores, locantur, inter quae monumenta varia e penu sacrae vetustatis, seu rudibus veteris Aemonae eruta, ad ejusdem memoriam passim excitandam reposita, quorum inscriptiones suo loco dedimus. Portae binae, ut Sacrariis duobus aditum praebeant, ea parte, quae Oratorium saepe dictum Corporis Christi respicit, erriguntur. Effigies proinde illa lapidi incisa, quae sacratissimum vultum Salvatoris nostri repraesentat, ac e regione domus DD. Vicariorum conspicitur, me hortatore eo locata fuit; cum enim omnes memorias veteris Basilicae ex incuria operariorum disjici ac muro novo imponi avimadverterem, hanc unicam ex centenis, ut saltem aliquid salvum maneret, servari ac eo reponi curavi.

Cum praeterea aedificium altius se extolleret, armatura, ut ajunt, tam intra, quam extra, ut operarii operam suam commodius exercent, adhibita, trabibus haec plus centum majoribus innixa. De aliis necessariis alibi; hoc unicum hic non omittendum ducimus, quod magna copia vini loco aquae ad conficiendum coementum adhibita fuerit, cuius vini 5 vasa a diversis donata uno tempore numerata fuerint et hoc ea de causa, ut solidiores redderentur muri, qui ob eandem rationem trabibus durissimis, longo temporis intervallo praevie exsiccati, ferro concatenatis ligebantur. Demum Decano extimulante opus usque ad stylobatarum majorum coronidem circa finem mensis Octobris deductum, cuius ne recens murus ingruente hieme damnum ullum patiatur, ex omni parte tectus fuit; operariorum vero quisque se ad proprios lares ad quietem capiendam recepit, ac sic finis fabrice pro hoc anno impositus.

Liceat nobis pro supplemento huius anni, quod circa finem eiusdem, mense Decemb. die 13., in Aula episcopali actum, ubi Palladi ac Minervae magnifice litatum, commemorare, cum actus ibidem publicus a nobili ac erudita Academia Operosorum Labacensium coram celsissimis Principibus, Optimatis, Patribus patriae, nec non coram Senatu, populoque academico discursum formante, inter Operosos dicto Tinnulo, inter tubarum et tympanarum clangores ac symphoniacos selectionis musices concertus, magno cum applausu celebraretur. Haec obiter hic insinuare, et si lector benignus de eodem actu plura nosse maluerit, ad librum, hac de re editum ac in ipso actu distributum, remittere volui.

CAPUT XIII.

Acta anno secundo fabricae. (1702.)

Cum ea, quae primo anno acta, modo dedimus, ad ulteriora progrediamur. Non quievit animus Decani, ut aliorum, hiemis tempore ac incoepio labore, sed solicitus de futuris necessariis ad omnia intentus providebat: parando imprimis ac congregando nova media, seu aes ad sumptus necessarios ex-solvendos, insistendo calcariis Igii, ut calx mature ac in conventa copia sistatur; consultando cum fabris lignariis de tecto ponendo; cum laterariis, quali forma lateres, ut coronix firmior existat, perficiendi; cum latomis et lapidariis de levi lapide comparando, ut is absque magno dispendio aeris in loco quodam vicino haberi posset. Detexit quidam lapidarius 11. Februarii anni currentis 1702., quod juxta campum Jaculatorium extra portam Claustralem ad pedem montis, cui arx Labacensis incumbit, lapidem levem dari, qui operi inserviet ac levissimo pretio adduci poterit; quod oculari inspectione compertum, ac obtenta a civico Magistratu licentia effodiendi, magno dein fabricae erat commodo. Et quia ad annum elapsum insinuavimus, quod Franciscus Ferrata architectus incliti Ducatus Carnioliae ab incoepio opere destiterit, diu consultatum, cuius in successu fabricae industriâ utendum foret. Non deerant cum primum hoc notefieret, qui se ex remotissimis pariter locis huc venturos ad opus prosequendum obtulerint, speciatim ex urbe Pragensi, Viennensi, Salzburgensi et Mediolanensi Italiae, de quibus suo speciali titulo distinctius dedimus notitiam. Accersitus inter hos Petrus Janni, architectus Goritiensis et Fr. Josephus, Capucinus, quorum ultimus tnguriorum potius quam molium assuetus, ob conceptus eiusdem humiles et modicam experientiam dimissus. Janni e contra majoris experientiae et judicii opus incoepium juxta mentem et prototypon Andreae de Puteis, architecti praestantissimi, prosequendum censebat, cuius sensui obtemperans Decanus exinde fabricam ad mentem dicti de Puteis et ab eodem transmissam ichnographicam plantam ope Francisci Bombasii, architectae peritissimi prosequitur.

Hoc unum aegre tulit saepe memoratus Decanus, quod eadem tempestate in tot diversis locis Labaci aedificaretur. Patres Soc. Jesu non solum eorum templum altius tollebant, sed et sub turri novo sumptuoso operi initium dedere, P. P. Franciscani ambitum extra templum, Sanctimoniales Ord. s. Clarae sacellum ss. Cordis Jesu, Augustini murum horti formabant, ac sic quam plurimi religiosi, saeculares omittendo, novo operi incumbebant, non absque singulorum damno, quia materialia ob eandem causam majori pretio redimere debebant.

Die 19. Aprilis, finitis utpote festis paschalibus, magno denuo fervore reassumptum opus, felici, ut speratur omne, cum eadem die hora octava matutina magnus Labaci terrae motus sentiebatur, absque eo, quin minimum causaverit damnum. Crevit id indies sub miti temporis cursu, ita, ut primis duobis annis, quod notatu dignum, nunquam operarii a sinistro aliquo accidenti vel tempestate impediti fuerint, quin a labore cessare debuissent. Dimidium proinde operis 27. Septemb. ad apicem deductum, ita ut sequenti die 28. fabris lignariis locus vacabat pro tecto parando, quod quoad compositionem tignorum spatio 20 dierum industria Sebastiani Lagoia, fabrorum lignariorum praefecto, perfectum fuit, nec non eodem die tribus globis cupreis deauratis, utpote die festo s. Lucae 18. Octobris, sequens inscriptio cum sacris reliquiis fuit imposita:

† † †

AD LAVDEM SSmae. TRINITATIS, IESV CHRISTI DOMINI NOSTRI, EIVSQVE Sae. VIRGINIS MATRIS MARIAE, NEC NON SANCTORVM OMNIVM, SED PRAECIPVE SANCTI NICOLAI EPISCOPI,
HVIVS CATHEDRALIS ECCLESIAE PATRONI

HONOREM ET GLORIAM.

ANNO SALVTIS M.DCCI. DIE 24. MAY,

A FVNDAMENTIS EXTRVI COEPTA EST HAEC BASILICA, CONSUMMATA VERO QVOAD CHORVM ET DVAS LATERALES MAIORES CAPELLAS DIE 11.ma OCTOBRIS, M.DCC.II. GVBERNANTE ECCLESIAM VNIVERSAM CLEMENTE XI. PONT. MAXIMO, IMPERATORE AVGVSTISSIMO LEOPOLDO MAGNO, EPISCOPO LABACENSI, CELSISSIMO AC REVERENDISSIMO PRINCIPE DNO. DNO. FERDINANDO, EX COMITIBVS A KUENBVRG &&. SVMPTIBVS COLLATITIIS CLERI IMPRIMIS ALIORVMQVE VRBIS INCOLARVM IOANN. ANTONII THALNITSCHER A THALBERG, EIVSDEM ECCLESIAE DECANI, VICARII GENERALIS, ET FA-BRICAE HVIVS DIRECTORIS INCREDIBILI CVRA, ET INDEFESSA INDVSTRIA OBTENTIS. GLOBVS VERO ISTE SVPERIMPOSITVS FVIT DIE 18. OCTOBRIS, EODEM AN. 1702. IN FESTO S. LVCAE EVANG., ET IN EODEM INCLVSAE DIVERSORVM SS. RELIQVIAE.

Item crux vera Caravacensis, numisma benedictum s. Benedicti, cera benedicta ab Innocentio XI. Pont., particula tincta de sanguine, uti de bireto eiusdem sanctae memoriae Pontificis, de aqua sepulchri s. Nicolai, particula petrae de grotta s. archangeli Michaelis, ubi apparuit et creditur, quod splendore suo reddiderit candidam; numisma s. Venantii et imago quae tetigit sanguinem suum, hic est declaratus specialis patronus contra terraemotum; annulus, qui tetigit originalem Perusii lignum rosarum, in quibus se s. P. Franciscus volutavit et ex illo tempore non amplius habet spinas; crucula miraculosa arboris, quae crevit ex arrido baculo s. P. Francisci; clavis sacrae domus Lauretanae, quae tetigit originalem; imago ss. Nominis item Lavretana, quae tetigit originalem Laureti; particula syndonis, quae tetigit syndonem, in quo involutum fuit corpus Redemptoris Nostri Taurini; imago B. Mariae V. Dolosae, quae tetigit originale Labaci ad s. Florianum, et una imago, quae pariter tetigit originale Viennae B. V. M. in Bötsch.

QVAE OMNIA TECTVM HOC, CVM ECCLESIA, IMO TOTA CIVITATE, AC DIOCESI LABACENSI, AB OMNI TEMPESTATVM ATQVE ADVERSITATVM PROCELLA, ATQVE DAMNO TVEANTVR
PER CHRISTVM DOMINV MSTRVM, AMEN.

Haec inscriptio, ut supra dictum, supra membranam majusculis ter descripta manu D. Danielis Peer, officii episcopalnis Notarii, manu propriâ Decani tribus globis imponebatur, et quia de aqua sepulchri s. Nicolai ad unum globum tantum venit, eius loco in alterum globum particula ex praecordiis s. Francisci Xaverii, ac in tertium de mensa, in qua celebravit s. Petrus, Apostolorum Princeps, impositum; in eadem membrana reperitur a tergo sequens inscriptio:

†
† CHRISTVS † REX † FORTIS † REGNAT † IN † PACE † DEVS † HOMO † FACTVS † EST † AMEN †
SANCTVS DEVS, S. FORTIS, S. IMMORTALIS MISERERE NOBIS.

Antequam ulterius progrediamur, libet aliqua notatu digna, quae interim acciderunt, commemorare. Ipsa die, quo tectum imponi coeptum, videlicet 28. Septembbris, ut nobis biduo post innotuit, factum est, quod supremus Gallorum piratarum Generalis Fourbin Carnioliam infestis armis invaserit, et civitatem Louranam, quae sat commodo maritimo portu gaudet, injectis 200 pilis incendiariis et pyrobelis, eam circa meridiem vi occupaverit, igne tectis injecto, et spoliato loco ad naves se receperit. Haec sinistra nova bona comitata sunt, cum nobis mox innotuit, quod angustus noster Rex Josephus, Landavium, fortalitium summum in Alsatia, a Gallis 20 pene annorum spatio exstructum, vi ad aeternam sui famam expugnaverit, ad grates proinde maximo Deo referendas, dies 29. Octobris in Oratorio Corporis Christi, praefixa, ubi „Te Deum laudamus“ omni possibili solemnitate cantatum, perorante viro undequaque eximio et literatiss. P. Philippo Hoffstetter e S. J. Ill. Comes Weichardus a Gallenberg, Locumtenens Carnioliae, magnates patriae lautâ mensa exceptit; tota pone dies, iteratis vicibus explosis tormentis majoribus, inter festivas acclamations „vivat Josephus“ fluctuabat.

Tertia proinde Decembris in dicto Oratorio sacerdos quidam, nomine Clemens Justinziz, qui ante 50 annos in cathedrali Basilica Labacensi primum Deo litavit ad aras, secundas Eidem Magno Deo obtulit primitias. Astitit eidem D. Praepositus una cum duobus D. D. Canonicis senioribus ac dein festivo convivio honoravit. Supervixit is secundas has suas primitias incolumis et sanus multis annis.

Ad fabricam revertamur. Sumpto consilio de reliqua Basilica evertenda, totum negotium ex pacto commissum Michaeli Samerlio, murariorum Praefecto, qui hoc onus ergo modicum stipendum assumpsit, ac initium demolitioni 13. Novembris dedit, experimentatis hic usus operariis et suo maximo commodo sensim opus dejecit. Cum aliunde laquearia columnis innixa animadverteret, subductis horum fundamentalibus basibus, magnam inde causavit ruinam. Accidit e contra, ut cum minime crederet, ex his ingentibus columnis una non eo, quo illam deducere parabant, sed alio a muro eidem incumbenti flexa, tanta vehementia ruerit, ut firmissima laquearia monumentorum binorum illustrissimae gentis Ursinorum et Lambergiorum Comitum funditus disrupta, nemine tamen laeso, quod speciali providentiae divinae tribuendum, universis tamen ex ingenti fragore innoxio pavore percussis. Quo ab opere non cessavit praefatus Michael, donec ab ingruente hiemis rigore ultra laborare impediabatur. Spatio autem unius mensis cum demolitione eiusdem operis eo devenit, ut solum 9 pedum altitudinis e solo veteris Basilicae relictum fuerit, et sic labori pro hoc secundo anno finis totaliter impositus.

(Continuabitur.)

VI.

Priester-Kranken-Unterstützungs-Verein.

Der Vorstand des Meraner Unterstützungs-Vereines für franke Priester hat mit dem V. Jahresberichte folgende Mittheilung und Bitte an das Laibacher Fürstbischofliche Ordinariat gerichtet: „Im Jahre 1881 haben zur Zeit der Traubencur 8, während der Wintersaison 14 Priester im Vereinshause Aufnahme gefunden und seit dem Bestehen des Vereines, 1877—1881, bereits 128 Priester (72 aus Deutschland, 51 aus Oesterreich-Ungarn, 1 aus der Schweiz und 4 aus Russisch-Polen) an den Emolumenten des Vereines Theil genommen.

Die Generalversammlung vom 23. Februar d. J. hat, theils um eine ständige Besorgung der ungemein vermehrten Administration, theils die wünschenswert gewordene Erweiterung der Wirksamkeit des Vereines zu ermöglichen, den Sitz des Vereines nach Görz zu verlegen beschlossen, woselbst ein zweites Vereinshaus, vorzugsweise für Priester aus Oesterreich-Ungarn, eröffnet werden soll, während das bisherige Vereinshaus „Marienherberge“ in Meran vornehmlich zur Aufnahme franker Priester aus Deutschland bestimmt ist, wenn von ärztlicher Seite dieser oder jener Ort für die betreffenden Patienten nicht als speziell angezeigt bezeichnet wird. Der neue Vereinsvorstand in Görz wird vom 15. Mai an fungiren; derselbe ist aus Mitgliedern des hochwürdigen Domcapitels, des Professoren-Collegiums und hochachtbaren katholischen Laien zusammengesetzt, welche die Leitung des Vereines unter der Obhut und Oberaufsicht des P. T. hochw. Herrn Fürsterzbischofes von Görz besorgen werden und deren Persönlichkeiten die vollste Garantie in jeder Beziehung bieten. Es sind dies namentlich die folgenden P. T. Herren, und zwar als Vorstand-Mitglieder: Mons. Dr. Eugen Batiffi, infol. Dombrobst; Theol.-Prof. Dr. Johann Flapp; Andreas Marusič, Religionsprofessor am f. f. Obergymnaſium; Anton Seffig, Religionsprofessor an der f. f. Oberrealschule; Se. Excellenz Graf Karl Coronini, gewesener Statthalter von Salzburg; Heinrich Graf Strassoldo; Med.-Dr. Favento; Gemeinderath und Apotheker Christoffolletti; f. f. Oberbaurath Ritter von Claricini; außerdem ist der bisherige Präsident, als Stifter des Vereines, nach den Statuten lebenslängliches Mitglied des Vorstandes. Als Revisoren: Msgr. Stephan Kafol, Canonicus, fürsterzbischöflicher Kanzler; Canonicus Professor Dr. Born, eventuell Theol.-Prof. Dr. Anton Mahnič und als deren Ersatzmann: Emer. Religions-Prof. Laurenz Pertout.

Mit dieser Mittheilung verbindet der hochachtungsvoll gefertigte Vorstand die ehrfurchtsvolle Bitte, dem Vereine eine hochgeneigte Förderung und Unterstützung gütigst gewähren zu wollen, und glaubt diese um so mehr hoffen zu dürfen, als der Verein mit seinem Zwecke und seinen Mitteln Eigenthum des hochwürdigen Clerus ist, als bereits viele Mitglieder desselben aus den meisten deutschen und österreichisch-ungarischen Diözesen in den Vereinshäusern Unterkunft und Pflege gefunden haben und als nach den Statuten die Aufnahme nur Vereinsmitgliedern gewährt werden kann, und zwar in der Weise, daß Gründer vor lebenslänglichen, diese vor beitragenden Mitgliedern, die früher Eingetretenen vor den später Eingetretenen bevorzugt und jene Diözesen, welche sich um den Verein besonders verdient gemacht haben, auch ganz besonders berücksichtigt werden.

Mögen auch manche Priester sein, die gegebenenfalls einer Unterstützung des Vereines nicht bedürfen würden, so sind andererseits weitaus die meisten auf eine solche angewiesen und dürften gerade von ihren vermögendern Mitbrüdern eine Förderung des Vereines erwarten. Und jene Priester endlich, die sich einer anscheinend unverwüstlichen Gesundheit erfreuen, können gewiß durch nichts besser ihren schuldigen Dank gegen Gott für das unschätzbare Gut ihrer Gesundheit an den Tag legen, als durch die thatkräftige Mitwirkung zur Heilung ihrer erkrankten Mitbrüder.

Man wird Gründer durch einen einmaligen Beitrag von 100 fl. oder 200 Mark, lebenslängliches Mitglied durch einen einmaligen Beitrag von 20 fl. oder 40 Mark und beitragendes Mitglied durch einen jährlichen Beitrag von 1 fl. oder 2 Mark. Durch eine einmalige Gabe von weniger als 20 fl., sowie durch eine jährliche Gabe von weniger als 1 fl. tritt man in die Reihe der Wohlthäter. Priester können auch durch Persolvirung von 200 Intentionen Gründer, durch Persolvirung von 40 Intentionen lebenslängliche Mitglieder, sowie durch jährliche Uebernahme von 5 Intentionen beitragende Mitglieder werden. Jedoch müssen die Anmeldungen derjenigen Priester, welche auf diese Weise Mitglieder werden wollen, durch deren kirchliche Behörde vermittelt, respect. befürwortet werden.

Der Jahres-Bericht wird den einzelnen Mitgliedern von hier aus direct zugesendet werden.

Schließlich erlaubt sich der Vorstand die ergebenste Bitte, ein hochwürdigstes Ordinariat gerühe von den beifolgenden Subscriptionslisten je ein Exemplar an die unterstehenden hochw. Decanatsämter mit dem hochgeneigtesten Auftrage gütigst gelangen zu lassen, daßselbe unter dem hochwürdigen Decanatsclerus in Circulation bringen zu wollen. (Was auch bereits geschehen ist. Anm. der Red.)"

VII.

Literatur.

Compendium des katholischen Threchtes von J. M. S., ehemaligen Professor des Kirchenrechtes. 1882. Verlag des Fürstbischöflichen Priesterseminars in Marburg, Buchdruckerei der St. Hermagoras-Bruderschaft in Klagenuert, 150 Seiten, 8°.

Unter obigem Titel hat der hochwürdigste Herr Fürstbischof von Lavant, Jakob Maximilian, die theologische Literatur mit einer neuen wertvollen Gabe bereichert. Durch seine kurze, bündige Fassung, sowie durch die scharfe Scheidung und Unterscheidung wird das bezeichnete Werk insbesondere den Seelsorgern die erspriestlichsten Dienste leisten. In Bezeugung des ehrerbietigsten Dankes gegen den hochwürdigsten Herrn Verfasser finde ich mich veranlaßt daßselbe dem wohllehrwürdigen Laibacher Diözesanclerus auf das Wärmste zu empfehlen.

Chrysostomus.

VIII.

Firmung und canonische Visitation.

Mit Bezug auf die Verlautbarung im heurigen „Diözesanblatte“ Nr. 3, Seite 56, wird hiemit des Näheren bekannt gegeben, daß die Firmung und canonische Visitation heuer noch stattfinden wird:

Im Decanate Oberlaibach: in der Pfarre Rakitna am 3. Sonntage nach Pfingsten, d. i. am 18. Juni.

Im Decanate Zirkniz: in der Pfarre St. Veit ob Zirkniz am 19. Juni.

In den Decanaten Gottschee und Möttling: in der Pfarre Alttag am 1. Juli, in der Pfarre Gottschee am 2. Juli, in der Pfarre Altenmarkt bei Pölland am 4. Juli, in der Pfarre Nesselthal am 5. Juli, in der Pfarre Černembl am 6. Juli, in der Pfarre Weiniz am 8. Juli, in der Pfarre Möttling am 9. Juli und in der Pfarre Semič am 10. Juli.

IX.

Concurs-Verlautbarung.

Die unter dem Patronate des Allerhöchsten Landesfürsten stehende Pfarre Suchen (Draga) im Decanate Ribnica ist durch Pensionirung des Pfarrers Josef Jereb in Erledigung gekommen und wird dieselbe unterm 1. Juni d. J. zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Bittgesuche sind an die hohe k. k. Landesregierung für Krain in Laibach zu stilisiren.

Die Pfarre Mitterdorf in der Wochein ist durch Todfall in Erledigung gekommen und wird unterm 6. Juni d. J. zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche sind an das hochwürdigste fürstbischöfliche Ordinariat in Laibach zu richten.

X.

Chronik der Diözese.

Zu Consistorialräthen wurden ernannt die Herren:

Thomas Zupan, f. f. Gymn.-Prof. und Director des fb. Knabenseminars Collegium Aloysianum in Laibach und Johann Flis, Spiritual im Clericalseminar in Laibach.

Zu fürstbischöflichen geistlichen Räthen wurden ernannt die Herren: Mathias Hočevar, Pfarrer zu S t. Peter in Laibach; Valentin Sežun, Pfarrer in Gutenfeld; Mathias Kulavic, Pfarrer in St. Veit bei Sittich; Johann Potocnik, Pfarrer in Brezovica und Friedrich Križnar, Religionsprofessor an der f. f. Oberrealschule in Laibach.

Die Pfarre Cirknica erhielt der hochw. Herr Johann Porenta, Domcaplan und Chorvicär in Laibach und wurde auch zum Dechante des Decanalbezirkes Cirknica und zum fb. geistlichen Rathe ernannt.

Am 19. Mai erhielten die canonische Investitur die hochw. Herren: Johann Oblak auf die Pfarre Kamnik und Johann Porenta auf die Pfarre Cirknica.

Der Pfarrcooperator in Trebnje, Herr Mathias Kolár, wurde als Domcaplan und Chorvicär nach Laibach einberufen, und der bisherige Pfarrcooperator in Hl. Kreuz bei Neumarktl, Herr Johann Sakser, in gleicher Eigenschaft nach Trebnje übersezt.

Gestorben sind die hochw. Herren: Johann Stritar, Curatbeneficiat in St. Veit bei Sittich am 21. Mai, Johann Pfeifer, gewei. Curatbeneficiat in Hrastje am 27. Mai und Lucas Porenta, Pfarrer zu Mitterdorf in der Wochein am 3. Juni. Dieselben werden dem Gebete des hochw. Diözesanclerus empfohlen.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 6. Juni 1882.